

Palm Sunday

The Blessing and Distribution of Palms

On Palm Sunday the flowers and palm fronds [box, willow or yew often did duty for the latter] are blessed and distributed after the sprinkling of holy water. [This is performed as usual on a double feast falling on a Sunday (see Volume 1 p. 1–2). The chief participants remain in the presbytery after the aspersion and stand where shown in Illustration 1 on p. 2. They include: the officiant vested in a red silken cope; a deacon, a subdeacon, an acolyte (carrying a cross without a crucifix), two taperers and a thurifer, all wearing albs with amices but without tunicles or chasubles; a book-boy, a water-boy and a virger (carrying his wand), all wearing surplices.] The acolyte comes to the southern side of the altar step, faces east and reads the lesson with its title over the flowers and palm fronds. [Presumably the acolyte continues to carry his cross, and the book-boy brings the book to him. For the lesson tone, see p. iii.]

Lesson

Lectio libri èxodi. In diebus illis: Venerunt filii Israel in Elim, ubi erant duodecim fontes aquarum, et septuaginta palme: et castrametati sunt juxta àguas. Profectique sunt de Elim: et venit omnis multitudo filiorum Israel in desertum Sin, quod est inter Elim et Sinai, quintodecimo die mensis secundi, postquam egressi sunt de terra Egýpti. Et murmuravit omnis congregatio filiorum Israel: contra Moysen et Aaron in solitùdine. Dixeruntque ad eos filii Israël. Ûtinam mortui essemus per manum domini in terra Egýpti: quando sedebamus super ollas carnum, et comedebamus panes in saturitáte? Cûr induxistis nos in desertum istud, ut occideretis omnem multitudinem fáme? Dixit autem Dominus ad Moysén. Ecce ego pluam vobis panes de cèlo. Egrediatur populus et colligat que sufficiunt per singulos dies: ut temptem eum utrum ambulet in lege mea an nón. Die autem sexta parent quod inferant: et sit duplum quam colligere solebant per singulos dies. Dixeruntque Moyses et Aaron ad omnes filios Israël. Vespere scietis quod dominus eduxerit vos de terra Egýpti: et mane videbitis gloriam Dòmini. Audivi enim murmur vestrum contra Dòminum. Nõs vero quid sumus, quia musitatis cóntra nos? Et ait Moysés. Dabit vobis dominus vespere carnes edere, et mane panes in saturitate: eo quod audierit murmuraciones vestras, quibus murmurati estis contra èum. Nõs enim quid súmus? Nec contra nos est murmur vestrum: sed contra dòminum. Dixitque Moyses ad Aarón. Dic universe congregationi filiorum Israël. Accedite coram domino: audivit enim murmur vèstrum. Cumque loqueretur Aaron ad omnem cetum filiorum Israel: respexerunt ad solitùdinem. Et ecce gloria domini: apparuit in nube.

The Gospel follows at once. Facing north, the deacon reads it to the tone used on simple feasts, at the lectern [in the presbytery at which Gospels are usually read on ferias]. It is preceded by the customary blessing and introductory dialogue. [For the Gospel tone, see Volume 1 pp. 18–20.]

Gospel

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Sequentia sànci évangelii: secundum Jòhannem. (Gloria tibi domine.) Ìn illo tempore: Turba multa que convenerat ad diem festum, cum audissent quia vènit Jesús Jerosolymam: acceperunt ramos palmarum et precesserunt obviam ei, et clàmabant. Osanna, benedictus qui vènit in nómine domini: rex Isràel. Et invènit Jesús asellum: et sedit super eum sicut scriptùm est. Noli timère filia Sion: ecce rex tuus venit tibi, sedens super pullùm asine. Hec non cogoverunt discipuli éjus primum: sed quando glorificatus est Jèsus. Tunc recordati sunt quia hec èrant scrípta de eo: et hec fecerunt ei. Testimonium ergo perhibebat turba que erat cum eo, quando Lazarum vocàvit de mónumento: et suscitavit eum à mortuis. Propterea et obviam vènit éi turba: quia audierant eum fecisse hòc signum. Phàriséi ergo: dixerunt ad semètipsos. Videtis quia nichil proficimus? Ecce mündus tótus: post eum abiit.

After the Gospel the participants take up the positions shown in Illustration 2 on p. 4. The officiant stands at the third [that is, the lowest] altar step opposite the right horn of the altar and faces east. [Some sources say ‘facing south’, but the illustrations all show the officiant facing east.] The flowers and palm fronds for the clergy have already been placed on the altar, and those for the congregation have been placed on the southern side of the altar step. The officiant chants the blessing and the prayers which follow to the lesson tone [as in the blessing of salt and water before Mass, see Volume 1 pp. 1–2]. ‘Dominus vobiscum’ is not said; ‘Oremus’ is said before each of the prayers but not before the initial blessing.

Exorcizo te creatura florum vel frondium in nomine dei + patris omnipotentis, et in nomine Jesu Christi + filii ejus domini nostri, et in virtute spiritus + sancti: proinde omnis virtus adversarii, omnis exercitus diaboli, omnis potestas inimici, omnis incurio demonum eradicare et explantare ab hac creatura florum vel frondium, ut ad dei gratiam festinantium vestigia non sequaris, per eum qui venturus est judicare vivos et mortuos et seculum per ignem. Amen.

Orèmus. Omnipotens sempiterne deus, qui in diluvii effusione Noe famulo tuo per os columbe gestantis ramum olive pacem terris reddidisti, te supplices deprecamur: ut hanc creaturam florum spatulasque palmarum, seu frondes arborum, quas ante conspectum glorie tue offerimus, veritas tua sancti + ficet, ut devotus populus in manibus eas suscipiens, bene + dictionis tue gratiam consequi mereatur, per Christum dominum nostrum. Amen.

Orèmus. Deus cujus filius pro salute generis humani de celo descendit ad terras, et appropinquante hora passionis sue Jerosolymam in asino sedens venire, et a turbis rex appellari et laudari voluit, auge fidem in te sperantium, et supplicum preces clementer exaudi. Veniat super nos quesumus domine misericordia tua, et hos palmarum, ceterarumque arborum ramos bene + dicere dignare: ut omnes qui eos laturos sunt, benedictionis tue dono repleantur. Concede ergo, ut sicut Hebreorum pueri osanna in excelsis clamantes, eidem filio tuo domino nostro Jesu Christo cum ramis palmarum occurrerunt, nos ita arborum ramos gestantes cum bonis operibus occurramus obviam Christo, et perveniamus ad gaudium sempiternum, per eundem Christum dominum nostrum. Amen.

Orèmus. Deus qui dispersa congregas, et congregata conservas, qui populis obviam Christo jesu ramos palmarum portantibus benedixisti, bene + dic etiam et hos ramos palmarum, ceterarumque arborum, quos tui famuli ad nominis tui benedictionem fideliter suscipiunt: ut in quemcumque locum introducti fuerint, tuam benedictionem habitatores illius loci omnes consequantur, ita ut omni adversa valitudine effugata, dextera tua protegat quos redemit, per eundem Christum dominum nostrum. Amen.



Here the officiant censes the flowers and palm fronds. Then he says the following prayer with 'Dominus vobiscum' and 'Oremus'.

V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Orèmus. Domine Jesu Christe, mundi conditor et redemptor, qui nostre liberationis et salvationis gratia ex summa celi arce descendere, et carnem sumere, et passionem subire dignatus es, quique sponte propria loco ejusdem passionis appropinquans, a turbis cum ramis palmarum obviantibus benedici, laudari, et rex benedictus in nomine domini veniens clara voce appellari voluisti: tu nunc nostre confessionis laudationem acceptare, et hos palmarum ceterarumque arborum ac florum ramos bene + dicere et sancti + ficare digneris, ut quicumque in tue virtutis obsequio exinde aliquid tulerit, celesti benedictione sanctificatus, peccatorum remissionem, et vite eterne premia percipere mereatur, per te, Jesu Christe, salvator mundi, qui cum patre et spiritu sancto vivis et regnas deus, per omnia secula seculorum. Amen.

After these prayers [and, according to 17001, when the bishop has returned to his seat if he is officiating], the palms are distributed. [The manner of distribution is not specified. Perhaps one or two senior clerics should come from the quire to distribute the palms to the other choir members as the latter come up from and return to their stalls; the same clerics could then bring the palms for the laity to the west quire door and distribute them from there.] During the distribution the antiphons Pueri Hebreorum tollentes and Pueri Hebreorum vestimenta are sung, the cantor ['cantor' usually means the precentor or his deputy] beginning.

A. Pueri Hebreorum tollentes ramos

Cantor	Choir
	
<p>A. Pu - e - ri He - bre - o - rum,* tol - len - tes ra - mos o - li - va - rum, ob - vi - a - ve - runt</p>	
	
<p>do - mi - no cla - man - tes et di - cen - tes: O - san - na in ex - cel - sis.</p>	